ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 23v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



altitudine inter medias nubes factum est cacumen eius; aqua
nutriuit eum et abyssus exaltauit eum. et adduxit omnia
flumina sua circa eum et congregationes suas emisit ad
omnia ligna campi. Propterea exaltata est altitudo eius
super omnia ligna campi. et post pauca dicit. Cypressi
multae in paradiso dei. et pini non sunt similes ramis eius.
et abies non fuerunt similes eis. Omne lignum in paradiso
dei non adsimilatum est ei. et zelata sunt eum omnia
ligna paradisi deliciarum dei. Anim aduestis de quibus
uel qualibus lignis dicat prophetae. quomodo describat
Cypressum libani cui omnia ligna quae in paradiso dei sunt
comparari non possint. et addit etiam hoc ad ultimum.
Quod omnia ligna quae sunt in paradiso dei zelata sunt eam.
Euidenter ostendens secundum spiritualem intellegentiam
rationabilia dici ligna quae sunt in paradiso dei. Sunt
quippe in quibus aemulationem quandam describit esse
aduersum ea ligna quae sunt in libano. Unde ut in ex
cursu etiam hoc dicamus. Considera ne forte et illud
quod scriptum est. quia maledictus a deo omnis qui pen
dit in ligno. sic debeat intellegi. quomodo et illud quod
alibi dictum est. maledictus homo qui spem habet in
homine. pendere enim in solo deo debemus. et in nullo
alio. et iam si de paradiso dei procedere quis dicatur.
sicut et paulus dicit. et iam si nos aut angelus de caelo.